biscum fratrem uestrum
quem tenet in uinculis &
hunc Beniamin. Ego autem
quasi orbatus absque liberis ero.
Tulerunt ergo uiri munera et pe-
cuniam duplicem et Beniamin de-
scenderuntque in aegyptum et steterunt
coram Joseph. Quos cum ille
uidisset et Beniamin simul, prae-
cepit dispensatori domus suae di-
cens. Introduc uiros domum: &
occide uictimas et instrue conui-
uium, quoniam mecum sunt
comesturi meridie. Fecit ille quod
sibi fuerat imperatum: & introduxit
uiros domum. Ibique exterriti dixe-
runt mutuo. Propter pecuniam quam
retulimus prius in saccis nostris